Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

"Nota decem sunt virtutes misse. Prima virtus est, Quod si homo Interim transiret totum terre spacium ..."

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

sustinere laborem et macerare passiones corporis
mei ut veniamus in illo futuro eterno seculo quod
numquam desinit perpetuam etc.

Quedam filia cuiusdam sabbato sancto pasche de sacro fonte
suscepit quam secum domum ducta inebriatus vino nocte
eadem corrupit mane facto ad balneum iuit et se lauit
et si peccatum abluere posset trepidare cepit etiam in
gremio erubescebat et homines si non inveniret virtus pudoris
intrauit Stetit tremens ac pauidus timens ne
malo suo tenderet coram populo Cum vero nichil mali
sibi contigeret letus exiuit altera die rediens per vi
dies paucos continue intrauit putans deum peccatum suum
non vidisse uel iam remisisse Septima die subitanea
morte defuncta est et sepulture tradita sed non longum
post cunctis videntibus de sepulchro flamma exiuit
et ossa eius et totum sepulcrum consumpsit ut fossa ibi
videretur hoc dominus faciens ostendit quid eius anima
in occulto pertulit eius et corpus ante humanos oculos
flamma consumpsit etc.

Nota decem sunt virtutes misse Prima · Augustinus:
virtus est quod si homo interim transiret totum
terre spatium uel totum mundum peregrinando Et omnia
daret pro deo que haberet tamen plus valet misse
auditio deuote etc. Si enim sciret quantum gaudium
crescere anime ex missa si tota ebdomoda laborando
pro uno denario illum deberet medium dare pro una
missa Quarta autem sit viii Nota exemplum quod quidam clericus
secularis multum deuotus et bonus qui frequentabat
dicere unam missam qui vidit circa altare sacer
dotem unam missam quod egent anime multe Cum ergo sacerdos
magnum in quo egent anime festinabat omnes anime que erant
sumere sanguinem et currebant de sanguine domini
nostri Jhesu Christi cum sacerdote de calice Et sic per fine
misse cum gaudio omnes anime ille una excepta de penis
liberate ad regnum celorum peruenerit · Considerate
quod per unam missam tot anime sunt liberate quid
erit de multis missis celebratis uel dictis Geronimus 2:
Certa vero est anime que in purgatorio sunt pro quibus
sacerdos in missa solet orare interim carent tormentis
purgatorio etc.

Expliciunt miracula et introductiones sermonum de quibus loqui uolunt siue mirabilia
siue notabile siue de tempore siue de [illegible]

3. Ambrosius. ¶ Tercia utilitas est quia homo comedit vel bibit multo
magis convenit nature post auditionem misse quam
infra auditionem misse vel antea.

4. Augustinus ¶ Quarta utilitas est quia infra auditionem misse homo non
senescit nec debilitatur quia sicut ex ligno vite
adam comesto non infirmabatur Et filii israhel
quam diu comedebant manna non esuriebant sic
dieta hominis abbreviatur etc.

¶ Quinta utilitas est quia una oracio capitis plus va
5. Paulus. let quam oracio omnium membrorum Quia missa est
oracio christi qui est caput nostrum et nos membra ipsius
unde si es cum missa soles orare cum capite

¶ Sexta virtus est quia mulier in pregnata devote
6. Beda. audiens missam illa die non parturit Sed si eadem
die parit pariet sine magno dolore / Si autem
obierit obtinebit omnia sacramenta ecclesie

¶ Septima utilitas est Peccator de contentis criminibus
7. Lucas. bus absolvitur et liberabitur.
homo existens sine peccato et quicquid
8. Matheus. ¶ Octava utilitas est interim cogitat quicquid totum dimittitur

¶ Nona virtus est quod una missa cantata devote au
9. Anshelmus dita plus valet quam mille post mortem et plus
valet ad dimissionem pene et culpe et ad remissionem
omnium peccatorum et augmentum gratie quam alie oraciones
Et si unus peccator interest misse devote sicut eadem
die moritur omnia ecclesiastica sacramenta obtinebit

10. Jo. Crisostomus ¶ Decima virtus est quod per quolibet missam adminuitur
uno peccatore contritatur / et anima absolvitur a penis pur
gatorii / Et iustus anima recta non declinatur nec pur
gatorii / Et missa
celebratur non mala morte morietur Et missa
tantum valet quantum passio christi per quam nos redemit
Ergo missa a quolibet fideli affectuose debet audire
per quam tam bene poterimus ad celestia regna perveni
re Et coram deo et omnibus sanctis eius in secula seculorum
regnare quod et nos prestare dignetur qui vivit
et regnat deus per omnia secula seculorum Amen etc.

¶ Ro ¶ Si missam audieris et in fine non permaneris
Pars tibi nulla datur quia laus in fine probatur
Laus deo pax vivis Requies defunctis etc.
¶ Diversa exempla Respice in predicto libro et in aliis libris